



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XLIII. An opera iustorum bona, sint peccata; & nil iustificant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

Et vero ego de Apostolis sum Patri testatus: Ioan. 17. Sermonem meum seruauerunt. Et de Zacharia & coniuge, Luc. 1. Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus, sine querela. Illud, Non concupisces: Voluntati præcipitur non Sensui, ut pote legis incapaci. Vnde Rom. 7. Si quod nolo facio, concupisco sci. in iustus: iam non ego operor illud voluntate.

## QUÆSTIO XLIII.

An opera iustorum bona, sint peccata; & nihil iustificent?

## LXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO-CALVINISTÆ esse peccata ales-  
trunt præfracte,

CHRISTVS. At opera iusta esse iniusta nego.

1. Quia Mat. 6. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: Luc. 11. Et sicut lucerna fulgor illuminabit te. Oculus intentio est, corpus lucidum est opus bonum. Proinde Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.

2. Job. 1. in Omnibus his non peccauit la-  
bijs suis: vir simplex & rectus, & recedens à  
malo. Ps. 7. Iudica me Domine secundum iu-  
stitiam meam. &c. 1. Cor. 3. Si cuius opus man-  
serit, quod superadiscantur: mercedem accipiet.  
Si cuius opus arserit: detrimentum patietur.  
En operum differentiam.

3. Iacob. 3. In multis offendimus omnes:  
At si omnia opera iustorum sint pecca-  
ta; iam in omnibus offenderetur. Vnde Iac.  
2. Si legem perficitis regalem: Diliges proxi-  
mum. &c. benefacitis.

4. Quoties ego, vetusq; Scriptura de-  
terremus homines ne peccent? Suade-  
mus tibi bona operentur. Et opera bona  
essent peccata mala?

5. Demum opera dixi absolute bona,  
Mat. 5. Videant opera vestra bona. 1. Tim. 5.  
Divitibus præcipe non superbe sapere, diu-  
sieri in operibus bonis. Tit. 3. Curent operibus  
bonus præfesse, qui credunt Deo.

## LXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ negant operabo-  
na iustificare amplius.

CHRISTVS. At ego dixi, Ioan.  
14. Qui diligit me, quod nemo potest, nisi  
iustificatione prima iustificatus, sermoni  
meum seruabit, ad iustificationem secun-  
dam ampliorem, & Pater meus diligit eū.

2. Sic ē contra, Apoc. vlt. Qui ordo dā-  
est, fordescat adhuc: & qui iustus ēst, iustifi-  
catur adhuc. Sic Deus, 2. Cor. 9. multiplicabit  
semen, & augebit incrementa frugum iusti-  
tiae vestre. 2. Cor. 7. Emundemus nos ab omnipi-  
nientia carnis & spiritus, perficientes iu-  
stificationem in timore Domini.

3. Rom. 6. Sic ut exhibuitis membra ve-  
stra seruire iniquitati ad iniquitatem: sic exhib-  
ere ea seruire iustitiae in sanctificationem ul-  
teriore.

4. Denique Eccl. 18. Non impediatur  
rare semper, & ne verearis usque ad mortem  
iustificari.

## QUÆSTIO XLIV.

An opera iustorum sint eterna vita  
meritoria?

## LXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO-CALVINIANI pernegant in  
loco Luthero-cal. p. 4. q. 81.

CHRI-

